



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 103. Cæsar de parta victoria per nuncios certior factus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI.
A.C. 1525.

§. CIII.
Cæsar, quid de Galliarum Rege capto agendum, deliberat.

Præterea, quo pacto cum Galliarum
Rege ageret, Cæsar convocato suo-
rum consilio deliberabat. Hos inter E-
piscopus Osimensis, qui Carolo a con-
fessionibus erat, Gallum sine lytro libe-
rum esse dimittendum, nullamque ei
conditionem præscribendam censuit:
hac enim humanitate, ajebat, non modo
immortale sibi nomen aquisitum, sed
etiam Franciæ Regem sibi perpetuum
amicum redditum, qui abs dubio tan-
tam Cæesaris magnanimitatem grato a-
nimo compensabit, his idem Episcopus
addidit, Carolum opitulante Galliarum
Rege facile Germanis, Italique Jura
dicturum, si vero duris nonnisi condi-
tionibus Christianum Principem liber-
tati restitueret, odia inde ac cruenta
bella eventura, ac famosum immanis
ambitionis nomen in universa Europa
Cæsarem reportaturum; præterea Lu-
theranis suppeditaturum occasionem,
eo liberius reliquam Septentrionis par-
tem hæresi sua inficiendi, cum jam fer-
me medium illius oram corrupissent.
Ex adverso Cattinara Cancellarius con-
tendebat, Regem in perpetuam custo-
diam

Sæcul. XVI. diam esse conjiciendum, Franciam ve-
A.C. 1525 ro a Cæsare subigendam, cum nullo va-
 lidiori medio nimiam Turcarum poten-
 tiā frangere posset, quam totam Chri-
 stianam Rempublicam ad unam Monar-
 chiam redigendo, cuius caput Impera-
 tor, centrumque Francia esset. Deni-
 que Albæ Dux censebat, Galliarum Re-
 gem esse cogendum, ut libertatem suam
 lytro redimeret, acquisitam vero inde
 pecuniam tantæ victoriæ digna fore præ-
 mia, indeque maximum, quantum fieri
 posset, fructum esse reportandum.

§. CIV.

*Conditiones libertatis Franciæ Regi
oblatae.*

Amborum sententia communi applau-
 su acceptata fuit, quapropter Rodii
 Comes supremus Cæsareæ aulæ Magi-
 ster cursoriis equis in Italiam decerne-
 batur, ut Regi significaret, Cæsarem ei-
 dem libertatem reddere paratum, ea ta-
 men lege, ut præter prætensa illius ju-
 ra in Neapolis Regnum, & Mediola-
 nensem Ducatum, sine omni prorsus con-
 ditione ac reservatione Burgundiæ Du-
 catum restitueret, Provinciam & Del-
 phinatum a Franciæ Imperio avelleret,
 ac Borbonio Duci unacum ceteris om-
 nibus terris cederet, ut ex iis Regnum
 erige-